

Peter Lauremberg

Programma Quo Prorektor Academiae Rostochiensis, Petrus Lauremberg, Phil & Med. D. & P. Prof: Ad Iusta Exequialia, Viro ... Balthasari Gulen/ Hodierna die ab Uxore & liberis moestißimis exsolvenda, Cives Academicos omnium ordinum officiose invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523000>

Druck Freier  Zugang



Lauremberg, P.,

in B. G v l.

R. 1634.

55

PROGRAMMA

Quo

PROFECTOR
Academiae Rostochiensis,
PETRUS LAUREMBERG,
Phil & Med. D. & P. Prof:

Ad

Justa Exequialia,
Viro Integerrimo & Spectatissimo
BALTHASARI
GZEN

Hodiernâ die ab Uxore & liberis moestissimis
exsolvenda,

Cives Academicos omnium
ordinum officiose invitavit



ROSTOCHI,

Literis JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXXIV.



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
ROSTOCK
1875





PRORECTOR
Academiæ Rostochiensis
PETRUS LAUREMBERG,
Phil. & Med. D. & P. Prof.



Uamquam in hominum cor-
poribus, horumq; indole, temperie,
& constitutione, longum lacumq; spe-
ctatur discrimen, dum alij membra-
rum robore viribusq; insigniter pul-
lenti; alij ex aduerso graciles sunt,
enerves, & invalidi: Hi exquisita
Crasi donati; illis modo frigidus,
modo fervens obhsit circum præcordia sanguis; Eâ tamen
gratiâ agrotandi aut moriendi conditio tempusq; nullam inter
eos differentiam concinnat. Quotidie discimus experimentis
& observationibus, neq; fortem virum tardius, neq; debilem
temporarius valetudinis aut vitæ suæ jacturam pati. Omnibus
æqua lex posita est, Serius, ocius.

Mors & Valentem persequitur virum,

Nec parcat imbellis juventæ

Poplitibus, senioq; crudo.

Causa communis hujus sortis, si rem Sacram consulamus, non
alia est, quam quia omnes ex aquo, præcipiti lapsu ruimus in
prævaricationes. Nemo à criminibus liber: nemo iniquita-

A 2

tum ac

tum ac admissarum noxarum carens invenitur: Quocirca & morbus & mors, peccati merces, pari lege omnes manet. Si Medicorum filios interrogas, rationem illi dant, quod non minus robustis artibus insignes, quam teneris infirmisq; affecti coaluerint ex qualitate contrariarum congressu, quarum indoles est, perrinace & continuo duello invicem depugnare: unde corpus, quale quale illud sit, ad corrupelem & internecionem recta via ire necessum est, conferentibus illis insignem operam, imò utramq; paginam facientibus in rebus, quibus vita humana, foris petitis, opus habet, neq; carere ullo pacto potest, quarum usus, etiam ingratis, valetudinem modo salutarem rectam evectur, modo prosternit, & adigit ad incitas. Hunc Sinonem quisq; gremio ac sinu circumferimus. Hic nullas unquam inducias paciscitur; nullam feris dicit diem, in ritu-
rus cunctos, cujusq; etatis, firmitatis, indolis, conformatio-
nis. Vera hæc esse, exemplo est ille, cui hodie exequias ire
constituimus, **BALTHASAR Gule** | Civis optimus, Vir
integerrimus, quem corpore antehac vegeto & robusto, in ipso
etatis flore, grassari oportuit viam omnis carnis; dignum me-
hercules, qui ob virtutem, & egregias animi dotis vivendo per-
egisset annos plurimos, in civitatis hujus ornamentum, ac emo-
lumentum, familiaq; propria salutem ac solatium. No-
stras ille fuit, hac in urbe natus & educatus, ante annos præ-
ter propter 40. Nimirum prodijt in viralem lucem Anno 1594.
a. d. 18. Octob) Parentibus honestissimis, Patre **CASPARO**
Gulen inter cives hujus urbis quondam haut postremo, qui post-
quam facis cessit Anno 1623. honestam famam & desiderium
sui post se reliquit: Matre **MARGARETA Dyken** | se-
m. n. a matronalium virtutum decore conspicua. Avum præ-
ternum habuit **GEORGIUM Gule** | Consularis virum
dignis.

dignitatis, apud Wistochiensis in Marchia; fratrem germanum celeberrimi illius BALTHASARIS Gulen/ qui primum Senatoris, postmodum Consulis officio in hac Republica ita functus est priori saeculo, itaque de Civitate hac meritis, ut hodiernum, dignus honos, laudesq; ejus, nomenq; perennent: Aviam maternam Talcen Langen/ filiam ANDREÆ Langen/ civis item hujus honesti & integri. Istis parentibus oriundus natus est GULIUS, postquam sacro baptismatis lavacro Deo initiatus fuit, paulo adultior factus, quamprimum per aetatem licuit, ad studia, litterasq; honas non solum applicuit animum, sed & sese prestare studere caeteris. Et initio quidem hic apud nos, in ludo litterario patrio, prima jecit fundamenta doctrinae, eoque progressus est, usus tam publicis istis, quam privatis aliis praeceptoribus, ut aetate anno 13. ablegari meritis fuerit ad celebrem scholam Berolinensem, ubi per biennium, animum egregius artibus, mores eleganter honestate excoluit: Inde domum rediit, Jenam ire a parentibus jussus est, studiorum persequendorum gratia: ibiq; partim ductu praeceptoris sui D. Valentini Legdæi p. m. partim hospitii sui D. Alberti Cræwer/ Theologi & Philosophi eximij, in curriculo philosophico tam graviter se dedit exercitatum, integrum biennium, ut diligentia & eruditionis hanc exiguam laudem secum adduxerit in patriam; quam repetens, unâ operâ in itinere ad Lipsensem, & Witebergensem Academias invisit. Domum reversus, postquam vix per semestre ibidem substitisset, & satis se probasset parentibus, bonisq; omnibus, ex re sua putavit, porro etiam exteras Musas salutare; aliorumq; mores pernoscere & urbes. Ergo Argentoratū concessit, ibiq; per menses aliquot moratus, postmodū perlustravit Tubingam, Basileam, aliasq; superioris Germaniae

Inania Academias, tandemque bonam partem Belgicæ;
Non sanè tanquam ociosus aut ineptus speculator, nullius rei
quam parentum opes consumere gnarus, nihil præter insolentias
aucupans, & cum novo vestitu, novisq; moribus nova vitia
secum reportans ad patrios lares, quod pro dolor multi hodie
faciunt peregrinancum: Sed ut industrius ac circumspectus
Horticultor, salutaris & proficuas herbas carpit; inutiles &
nocivas linquit: Sic Gilius, quæ ad pietatem, ad bonos mores,
ad prudentiam, ad eruditionem, omnemq; honestatem aliquid
incrementi addere poterant, ea in usum suum convertit: ijsq;
ut pectus instructum ornatumq; gereret is omnem curam &
operam impendit, ineptijs alijs insuper habitis. Sic plurimã
virtute & experientia instructus, haut degeneraturus patriæ
incola, repetiit natalitias sedes; & aliquamdiu patri Seni solarium
subsidiũq; præstans, hoc demortuo, demortuis item plerisq;
istius liberis, supersticibus verò & relictis duobus salcem
Filijs, Fratribus germanis, Balthasare nunc en à pois, &
GEORGIO Civis hujus urbis primario, quem ob inexpectatum
fratris obitum dolor luctusque

Ingens nunc coquit, & versat sub pectore fixus;
tum, inquam, Balthasar noster de vitæ sociâ sibi associanda
consilium inire cœpit. Neq; successit res improspere. Auspicatis
enim nuptijs Anno 1624. in manum illi convenit pudicissima
virgo, celebri familia prognata, Tilsche Wedowen / cum quâ
pacatum quidem, & non infæcundum, at neutriquam diutinum
conjugium transegit. Nam simulac unicâ prole eum fecisset
parentem, prorenus & ipsa clausit vitæ terminum. Anno
1630, transijt defunctus ad secunda vota nuptialia, uxoremq;
sibi delegit Virginem honestissimam ANNAM CATHARINAM,
filiam relictam Viri Amplissimi, Consul-
tissimi,

rissimi, Dn. MATTHÆI GERDES, J. U. D.
inicio Wisuariensium, post Seralsundensium Syndici, Viri ob
pectoris ingenuitatem, fidem, prudentiam, & quam primò lau-
dare debuissim, pietatem, his in oris & apud exteros celeberrimi.
Cum hac sua Anna Catharina Balthasar noster p. m.
ita vixit, (vixit autem vixdum quadriennium, nimis, eheu,
breve & irreparabile tempus!) tam concorditer & placidè, ut
nunquam opus habuerint Dea Viriplacæ fanum ingredi, quæ
conjunctio tam amabilis, tam suavis & exoptata meruisset Ne-
storicos annos, nisi visum fuisset aliter illi, qui supremus arbi-
ter dispensat vitas mortemq; hominum. Nati sunt his conju-
gibus in hoc matrimonio Filioli duo, CASPARUS &
GEORGIUS, adhuc dum superstites, qui prasidio & præ-
sentia paterna destituti, juxta cum mæstissimâ matre, infortu-
nium suum, & luctuosum casum amaro ploratu lamentantur.
Quamvis autem corporis constitutione Defunctus viveret sa-
tis vegeta & firma, tamen, ut morbi imporcuno ac tacito pede
accurrunt, (siquidem ijs Φῶντι ἀΨείλεται μήτηρ Ἰεῦς) ita
præsente mense AUGUSTO GULIUS, cū sequiore valetudi-
nè conflictari cœpit. Sanè initio agriendo levior & benignior
visa est; Sed confertim tantas vires acquisivit eundo, ut quam-
vis obviam ei itum sit salutaribus pharmacis, nihil tamen ef-
fectum; quin potius vicie vehementia mali Naturæ potesta-
tem, & Medicorum industriam elusit. Quo factum ut labas-
centibus paulatim viribus, postquam à verbi divini ministro,
salutares voces ad conscientia consolationem, & mortis metum
seponendum accepisset, plenâ in Christum fide, spe & fiducia æ-
ternæ vitæ, animam placide exhalavit, die 3. hujus mensis,
inter 7. & 8. matutinam. Et vixit quidem, dum vixit bea-
tus BALTHASAR Gulen | honeste & benè, Deo religiosus,
proximo æquus, nemini gravis; mortuus vero est piè & placide.
O quam

O quam is felix, & terque quaterq; beatus, qui sa-
perato pelago tam naufrago, appulit in tam tran-
quillum portum! Deus, omnis solatij autor, & or-
phanorum indubius ac fidelis pater, spiritu suo af-
flet pectora eorum, qui ob properum Viri huius di-
fcessum mentem turbatam & afflictam gerunt.
Nos vero, Cives Academici incliti, in partem le-
vabimus hunc illorum dolorem, si frequenti comi-
tatu solemnem funeris deductionem exornaveri-
mus, quod ipsum ut facere non gravemini, & ad
medium horæ I. in æde divi Jacobi adesse, Exe-
quias ire, interq; eundem tum mortalitatem ve-
stram meditari, tum Academia huius & Urbis in-
colunitatem Deo Sospitatori commendare, id ve-
ro est quod omni opera vos rogatos monitosq; ve-
nio. P. P. Rostochij Sub Sigillo Rectoratus,
ANNO 1634. 8. Novembr.



tiſſimi, Dn. MATTHÆI GERD
inicio Wiſmarienſium, poſt Seralsundeniſium
pectoris ingenuitatem, fidem, prudentiam, &
dare debuiffem, pietatem, his in oris & apud e
mi. Cum hac ſua Anna Catharina Balth
ita vixit, (vixit autem vixdum quadrienni
breve & irreparabile tempus!) tam concordie
nunquam opus habuerint Dea Viriplaca fa
conjunctio tam amabilis, tam ſua vis & exopta
ſtoreos annos, niſi viſum fuiſſet aliter illi, qu
ter diſpenſat vitas mortesq; hominum. Nat
gibus in hoc matrimonio Filioli duo, CAS
GEORGIUS, adhuc dum ſuperſtites, qu
ſentia paterna deſtituti, juxta cum mæſtiſſim
nium ſuum, & luctuoſum caſum amaro plora
Quamvis autem corporis conſtitutione Defun
tus vegeta & firma, tamen, ut morbi importun
accurrunt, (ſiquidem ijs Φάτυν à Φείδατ
preſente meſe AUGUSTO GULIUS, cū ſ
re conſtictari cepit. Sanè initio agritudo lo
viſa eſt; Sed confertim tantas vires acquiſivi
vis obviam ei utum ſit ſalutaribus pharmaciſ
fectum; quin potius vicit vehementia mali
tem, & Medicorum induſtriam eluſit. Quo
ſcentibus paulatim viribus, poſtquam à verb
ſalutares voces ad conſcientiæ conſolationem,
ſeponendum accepiffet, plenâ in Chriſtum fide
terna viæ, animam placide exhalarie, du
inter 7. & 8. matutinam. Et vixit quiden
tus BALTHASAR Gulen / honeſte & ben
proximo æquis, nemini gravit; mortuus ver



D.
i ob
au-
rri-
m.
cu,
, ut
que
Ne-
bi-
ju-
&
ra-
ru-
tur.
fa-
de
ita
udi-
nior
am-
of-
sta
iba-
stro,
cum
aa-
nſis,
bea-
ſus,
cido.
uam